

BIBL.  
DE  
L'UNIVERSITÉ  
MS.  
644

MS. 644

De psematibus D. Gregorii Theologi,

velgo Nazianzeni,

Archiepiscopi Constantinopolitani,

Disputatio academica.

—  
Scripsit

C. L. J. Portelette

In facultate litterarum jam licentiatas.



Οργανόν εἰς τὴν Θεολογίαν.

—  
1849.

Journal of the

1844

# Prefatio.

Elegantibus et patheticis D. Gregorii Nazianzeni  
carminibus præfulget ipsa sanctissimi sacerdotis et  
accursum poeta affigies, quam hæc Dissertatio emittet  
ut simplicitate et exacte Describat.

Illud vero præsertim scilicet clara luce circumdetur,  
ut certamine quasi triplici secum colluctetur sicut  
fortissimus, Christianus simul et sacerdos, et poeta,  
qui stat firmus in fide firmus, idem ille quiescit  
nunquam; castissimus vitæ calicis custos, a Deo servitium  
et jucundissimis affectibus flagrat, ut optimus re  
ipsa coram et patet extitisse nonnullis falso sit creditus,  
identice studiosum et literas respicientem, eundem  
illum tamen, præterquam quod tot orationes,  
quas omittimus, effudit, quam vehementi carminum,  
hæc ita luctulentum, Numine scatenere  
admiraberis! Pium et frumentum, sperantem,  
Desperantem, humilem, superbum, clementem,  
iraendum, sanctissimum. Denique, hominem tamen,  
non negligentem saltem legemus, et illud imperium  
observabimus, ut nationem sui, ut charitatem,  
ut eloquentiam fides non opprimat, imo vero ut non  
nunquam animosum et nimium certantem via moderat.

Grande illud spectaculum, jamque ipsum per se,  
etiamsi alia defuerint, omnino dignum cui nos  
applicemus. Ceterum natus est poeta D. Gregorius ad  
hoc, in Græcorum literis studiose ac multam sollicitudinem.  
Qualis ista ita comparate, tum suapte ingenio, tum  
Doctrina, hominis carmina?

Πλάτωνα ἐστὶν αὐτὸν ἐστὶν (α)

ut ipse De mente sua scribit. Cumulantia illa, inanis,  
 leporem artis rhetorice contemnitia et eloqui venustatem,  
 et absque ordine sensuum, sine lenocinio et compositione  
 verborum, in prociecta, effusa; verumtamen eloquentia  
 semper, quamvis in illis nihil De oratore reperiatur;  
 tanta pietati, tanta sinceritati, tot et tam  
 Diversis animorum iactationibus acriter et strenue  
 respondentia; tum ingenue festiva, tum sponte  
 sua sublimia: adeo jamdiu praestitis illis temporibus  
 accommodatissima, ~~quae~~ ~~restituere~~ nec ideo tamen repudianda nostris,  
 ut quae semper antiqua, semper recentia saeculis omnibus  
 viride et simpliciter ostendant, Deum et virtutem.  
 Denique ita nos Delectantia, ut per quae non opera  
 accurate composita legimus, sed hominem ipsum,  
 sine arte confabulantem, et interdum De improvisis  
 soces magnificas jaculantem, auscultamus et videmus.

Quod ad veterum imitationem spectat, sic  
 aestimari potest: parum illi probata antiquitas, ob  
 fabulas tam De Diis, tam De officiis opiniones. Praesorum  
 hominum Dicit errores, non homines tamen, imo vero  
 plusquam dellet, memori usque pectore, et foret et  
 Diligit, Praesoris Caesariciensis, ~~Minerici~~, utriusque  
 rhetoris, sine auditor; Memistis amicus, quem regem  
 eloquentiae appellat, et Libanii; et ~~Praxio~~ ~~Plotis~~,  
 Eudoxio, Plotis, Eustochio, et quot aliis, aut rhetoribus, aut sophistis  
 familiaris. Ceterum veritatis praesertim studiosus,  
 arma, quum opus esset, unde cumque, vel ex philosophis  
 advocat. Inde quod, ut quidquid optimum praesca aetas  
 habuit, non isti rripiat, prophanis discipulis, homo  
 rectus et largus et ipse studuit, et Christianas monet ut  
 studeant; inde quod hinc illinc in operibus ejus,  
 antiquorum scriptorum lectio elucet; inde tot undique  
 excerpta quae in hac Disputatione collecta, forsan  
 multa, in viginti millibus versuum, quos tractavimus,

Disseminata, adeo rara, et fere contumenda videntur.  
 Nos nec assumpta ex historiis exempla, nec sententias  
 negleximus: quin etiam singulos versus examinavimus  
 et perpendimus, usque caventes, ne, inopiantibus nobis,  
 quibusdam veterum scriptorum, quorum nomina non  
 proferat, alludat tacite: sedulam hanc curam nostram  
 annexe singulatum unicuique carmini nota satis testa-  
 buntur. quibus Diligenter collectis, hoc affirmare licet:  
 graecos auctores et Latinos legit omnes, secutus est  
 nullum: multo plura emendat quam accipit: et scrip-  
 toribus graecis, quoniam, et Latinis, Senecam, ex utrisque,  
 et qui describendam naturam susceperunt, eos potissi-  
 mum respexit.

Linguam a Graecis mutuatus est, sermone  
 copiosum, facilem, tersum, disertum: verum, quod  
 ad sententias, Scriptura Sacra promptissimum ingenium  
 praesertim accendit. Nec ideo tantum illud credimus  
 quia ipse affirmat quae a profanis hominibus proflu-  
 xere omnia sacris illis litteris, quae una amplectitur,  
 se iam dudum proposita habuisse; sed quia, omnibus  
 quae scribebat vel ad verbum singulatum expressis, excep-  
 tis paucissimis admodum, nihil non a Bibliis haerere.  
 Nec rerum sententiarum quae quae versibus illustravit  
 universitas solum, nec tractatus generatim inspecti, illam  
 unam et continentem pie sacerdotis cogitationem decla-  
 rant, sed, ut quae dogmata, quae virtutes in animos  
 infigit, christiana sunt, sic argumenta, exempla, mores,  
 et orationis ornamenta, ea fere omnia et sunt christiana,  
 et Scripturis Sacris deprompta. Illis inchoata vis animorum  
 tota, hinc flammam concipit, haec repetit semper, seu  
 gestum aut dictum, quae in Bibliis servantur, partem  
 quaedam explicita memorat, seu tantum obiter innuit.  
 Porro hanc etiam crebra in D. Gregorii carminibus observatos:  
 sedem quae ea legit non aequa nec semper, ut illa, quae  
 quae sunt Scripturis Sacris, haec servat et in animo consignata.

4.  
Verum cuiusmodi illi Deus, (creat nobis Plinij junioris  
hinc illuc vocal arripere), unicum negotium, otium,  
laborem, quietem, in quo vigiliae, in quo etiam somnus repo-  
natur, ad quem semper videtur, quamvis longo et fideli  
trahatur consilio, impetu quasi subito, vehementius invo-  
lare.

Quaenam, quid nos plura, quam carmina  
eius singula evolventur? Sorro sunt de Theologia  
nonnulla, de moribus multo numerosiora. Quae  
omnia, in editio recent, (a) in quatuor partes distri-  
buit, scilicet Dogmatica, moralia, historica de se-  
ipso, de Diversis, nos generatim in duas tantum, theologi-  
ca et moralia, dividemus. Etenim ad alterutrum  
horum reduci possunt omnia; quae etiam tam arcte  
inter se cohaerent, ut vix vel bipartito possint distribu-  
i.

Circa theologia carmina, parum sudoris,  
at moralia multo diutius nos retardaverunt. Hoc  
autem in poeta, praesertim in moralia tractante,  
parum sufficere nobis visum est, si, ad ea tantum  
quae elegit attendentes, quae omisit ea nos pariter  
negligeremus: at necessarium esse credimus laborare  
ut tempora, mores, quae descripsit et inspectatus est,  
penitus perspecta haberemus, et scrutati sumus poe-  
ticos illos fontes ad quos non accessit, et ita rerum  
causas, homines, facta, eventus inspicimus, ut, vel  
adumbrata cursim illius aetatis descriptione, appareret  
nos, pro virili saltem parte, quidquid opus erat profu-  
disse, ut intelligentiam temporum haberemus,  
nec videremus, impotentem mentem, prout auctori  
carminum, quae nos iudicamus, animum intendere placuit,  
eandem deprimere aut extollere.

quod haec prius disperimus, id vero nulla

(a) Editio parisiensis.

8  
111X  
nobis excusatione opus esse videtur. Nos quidem  
haud latet hanc institutionem hujusce sermonis  
nostra parte emitti potuisse, non est deo  
tamen prorsus a nostro consilio aliena.

Ergo haec Dissertatio in tres partes dividetur.

Prima parte De D. Gregorii Nazianzeni  
Temporibus erit, et indicabit, inter totae tanta  
que carminibus celebrari poterunt, ultra omiserit,  
ultra sibi deposuerit, meliorem hanc partem,  
opinamur quam semper reperit ac retractat,  
se, enim haud illi sufficit ea semel attingere  
que sunt rursus iterumque in animos hominum  
inculcanda.

Sequetur, secunda parte, De carminibus  
Theologicis Dissertatio. Facile intelligitur, vel  
nobis non profueritibus, Disputationem hanc  
nostram, non ipsas res imprudenter tractatu-  
ram, nec se in tam abrita et angusta religionis  
Demissuram, ultra quam quod ad litterariam  
operum formam pulchritudinemque carminum  
attineat. Quod caeteroquin in tam parco et quasi  
repugnantem theologo minime est timendum.

Non ille De Theologicis dixerit. Quam per se  
amat: nec est ab eo exposcenda argumentorum  
series: simplex illa et aperta virtus non in  
obscuram et solentem scientiam versa est: queri-  
tur, ridet, irascitur, infremit, exastat, et nos  
anima detestatus esse duo imprimis quae hominem,  
natura acerrimum, insuper disertum et vehemen-  
tem efficiant, flagrantissimum Dei amorem,  
indignationem contra detracentes aut  
negantes.

Christum patientem, Euripideam  
tragediam negleximus, tum potissimum quia  
tota Euripidis versibus constat, et parvi

67  
refert a quo sint collecti; Tum etiam quia D.  
Gregorii epistolam XLIII, Gregorio Nysseno scriptam  
(a), inspicientibus, liquet D. Gregorium non eo  
animo fuisse qui sese isti operi adstrinxerit.

Tertia pars moralia carmina complectetur,  
in quibus, ut in theologicis, Distinguemus quantum  
amoris, quantum amaritudinis profuderit; quam  
gracilia sint, quam aspera; quam dulcia, quam  
acerba; quot et quam gravibus preceptis luxurien-  
tur, quot erectas sententias ostendant, quam  
eruditam et factam, et mordaciter impactam  
morum Descriptionem. His adijciemus illum  
tantum secum meditantis et gementis  
lamentationum numerum, placidum illud  
et dulce secretum, Subjungemus quidquid de se  
et de rebus suis scripserit, nullo fere proprie  
laudis, solo utilitatis humanae et morum  
corrigendorum respectu, ut et naturae sanctissimi  
episcopi accommodatus est credere, et nostra.

Unimvero tantus ille res suas memoravit, studens  
communibus magis humani generis commodis quam  
privatae jactantiae; nec gesta dictaque sua verbis  
adornat; narrat cum gemitu, fusius quam  
vellemus, sed ambitu caret; non hominum plausus  
obvia attentione conquirat, nec magis quam  
tot tantasque Dotes, quae illi large supersunt,  
Destitit, jactationem ipsis incussere poteris.

Ad Disputationis hujusce caesum, quae  
laudanda aut reprehendenda, seu in homine, seu  
in scriptis judicabimus, ea extremum colligemus.  
Non est quod putetur nos veniam rigori illi sane  
imperfecto ita postulatos, ut omnia relinamus  
haberi excusata; non hominis gravitatem, castitatem,  
justitiam, in purgationem eorum conferemus, quae  
probari nequeunt. Nemo vel sanctus antepersonatus

7  
4  
arte, veritati. Imo etiam quorum carminibus  
serenitas, pueri, imprimis castitas constat,  
eo cautius et Diligentius inspiciem. Si sunt an  
tantis virtutibus gesta, dictaque et scripta  
eorum respondeant omnia, et quo altius eos  
extollemus, an vere Digni sint quo collocamus  
fastigio. Hoc saltem et nos jam nunc  
asserimus, et hae Disputatio, speramus, inest,  
neminem hinc nominibus plusquam <sup>doctorem</sup>  
D. Gregorium meritum esse hoc reterum  
et subtile singula caeperitis et acerrime  
Discutientis iudicium.

(a) Edit. Bill. 1790.

(M. B). — Hujusce Disputationis fundus fuit  
Editio Billiana, Colon. 1690, quam in manibus  
perpetuo habuimus, adhibita interdum editione  
Desaint. Paris. 1778, quam Diligentissime priore  
contulimus. Hac autem posteriore, quam sic  
optulimus, uti non licuit. Notas igitur instruximus  
ex Colon. Editione omnes, exceptis paucissimis admodum,  
ad carmina illa quae Billius non collegit, spectantibus,  
quae ita scripsimus, ut edit. Paris. paginae respondeant.

t. 1, per Dom. Clément, in-fol. Le suivent  
volume a parir en 1841, publié par  
Vabbé Caillon.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to the angle and fading.

Handwritten text, possibly a signature or a specific note, located in the middle of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to the angle and fading.

De D. Gregorii Nazianzeni carminibus,  
Pars Prima.

Prolegomena.

Πρὸς τὸν προοιμίου, ἢ θεωρίας:

Σὶ δὲ πρὸς τὴν ἀρχὴν, ἢ ἐπιπέδου (a).

Quemadmodum D. Gregorius rectam illam et prudentem sententiam  
acta sit insecutus, <sup>haec prima pars</sup> ~~h. m.~~ quatenus id per nos fieri poterit, ostendit. De  
vita D. Gregorii non disserimus, in supervacuum redentes, nec de temporibus,  
in quibus tantae pietatis et eloquii flamma inlaruit, sermo ultra profectus, quod  
necessarium est, ut perspicua et apte tunc in iis poetae carmina didicere possimus.  
Quia laudati nostrae venia detur: reverenter adimus antiquum illum virum cui  
tantum nomen Athinae et Constantinopoli fecerunt, in aerea illa Christianorum  
litterarum (b) celate: addatur etiam quod nos fore non sinita fecerimus, si aequa-  
libus nostris patet, quomodo perit, quomodo custodit, quomodo antea religione, castitate,  
illa eademque ornata iura iniqua tam sanctum munus, hominis et  
removibus aut carminibus, comitari, docere, enucleare, suscipere.

(a) Ectrastich. t. II. p. 166, b. — cf. Aristoph. a Cicerone laudat. question.  
Euseb. l. I. quem quisque novit artem, in hac se exerceat.  
(b) L'age Dor de la littérature Grecque, M. Wolfenbut.

# Caput primum.

De D. Gregorii temporibus, et aptissimorum illius aetatis moribus  
Carminibus summa.

Κέκμηκε πάντα, καὶ τὰ μακά, τῷ Χρόνῳ,  
Κέκμηκε... (a)

Sanctus Gregorius Nazianzenus, anno trecentesimo  
vicesimo octavo post J.C. natus, imperante Constantino Maffiano, usque ad  
Theodosii tempora, per annos unum et sexaginta, vitam tradidit, singularem  
quidem temporum spatium, sancto dignum, nec jejuniis casibus, et plane  
dubito an poetas plus unquam liceat admirari, aut laudari, aut  
irasci, aut ridere.

Δὴν μὲν οὐ δίδωμι γάτος φόβος,  
Διδῶν δὲ Πέγμω, τῆς ὄδης οὐκ οὐράνῃς  
Λαγυτέρας. — (b)

enclamat senex Gregorius. Forsan autem meminisset se puero, vix ab  
incurabilis, quam avidis auribus hausit, tum novam urbem, alteram  
Romam, unum in modum exurgentem, splendidam, magnificam;  
tum ab uno tandem viro penitus occupatam, quod antiquus Alexander  
tantis laboribus cupiebat, nisi et immensum illud, ac prope divinum  
orbis universi imperium. Jam quis negat quin, praeterquam quod  
poeta nascens omni ingenii laude sit ornatus, ferida vis animorum  
admodum juveni aestuaverit in ingenti illa Constantini Maffiani  
memoria, et potentis victoris, et miraculis rerum, partem manifestis,  
partem obscuris, atque eo celebrius undique divulgatis, per varios hominum  
obstupentium sermones, quibus insiditum imperatorem, ut sanctum,  
Christiani, ut Deum Pagani venerarentur? Quam perusum ille

(a) De vit. s. carmen, p. 7, b.  
(b) Ibid. p. 9, d. — cf. Funeribus in laudem Caesaris fratris orationem  
T. I p. 164.

Deus interdum recessit a Nerone! Nulla enim alia castas arctius  
 unquam et confusius optima pervicis permisit, praedicanda infandi,  
 honestissimae turpissima et teterrima. Hanc exavit et infrenavit,  
 novem annos natus, Gregorius, Constantino defuncto, tumultuantem  
 illam fratrem, nepotem, ambrosiaque eadem consultant, et  
 mox, interjato triennio, Constantinum secundum ab emissariis  
 Constantis fratris sui interfecit, et quot quantosque postea jugu-  
 latis, a millebus duces, a duobus caesares, quot denique seditiones,  
 bella, caedes, et, aut justa, aut omnino aeneasanda supplicia! Turbat,  
 Italia, Hispania, Africa, Asia, suscipienda religionum, seu per-  
 tyramorum severitas, quotocumque anno pestis deficit sua? Equis  
 amore aut opprobrio caruit, luctuosis, ridendis? Equis non vidit  
 novum Caesarem aut Augustum faeda trucidatum, aut turpius  
 electum; nome combustum ad Barbaris imperator aliquando?  
 Jam quo potentissimum rema Gregorium ordamur accipere illum  
 tantam imperii violam, tantum tot mecalorum laborem, tantam  
 tantorum virorum operam, ab invidis de se legentibus quidem  
 affectari? Audiit enim, dum vicesimum secundum aetatis annum;  
 implebat, tres una consurgere, non jam pecunia, ut olim, sed vi  
 atque curia imperium occupaturos, quorum uni paratum eo  
 conditione ne rursus inaperet, sequenti autem anno fortissimos  
 milites, quotquot adhuc virtutem paternam retinuerant, pauciores  
 illos quidem, in armis pro patria morientes streua vano; quippe  
 nihil jam invictum nisi calumniam; bene severum quotquot  
 a Crispi temporibus, post defensas a cervice imperii, sine, profligatos  
 que barbaros, capite deminuti ceciderunt. Jam vno quid illud  
 re ipsa imperium? Totum ab imperatore, sed se nihil, aut  
 nocens. Summam rerum, religionum, belli, communis auspiciis;  
 fiduciam in imperatoria gente nullam; Caesares, Augustos, splendi-  
 dissimo virtute rutelantes, magnificis aedibus, omni fasto, incedentes,  
 sed ne imperatores quidem suis imperantes, nec semel purpuram  
 illis offerre coactos, quos summo expectabant afficere supplicio;

16.  
Superbiam exercituum, non adversus hostes; quum interim, ab Oriente ad Occidentem, a Septentrione ad Austrum, Pictae, Alemanni, Gothi, Sarmatae, Quadi, Geuthrones, Lemigantes, Sarmae, Persae, semper ubique repulsi, semper undecumque versus invadentes, et plerumque Macedonia, Thraciam, Illyriam, Pannoniam, et ipsa visceris imperii occupantes, circumspicerent magnam illam et divinam domitarum antea gentium et dententiarum ultionem, omni vitiorum tabe diffusus, nec jam se capiens imperium, et corporis instar humanis, tum intus vultibus, tum externis moribus peritari. Equae magnificentorum tristorumque simul, et atrociora, sese unquam ante hominum oculos explerunt, poete praedicanda, lamentanda?

Quid tamen de Constantino Caesare, de nova urbe, de caedibus illi ingentibus, de tot fortunatis viris, illustrissimisque ducebus, de Barbaris, in Gregorio?

De Constantino poli, quam tamen, episcopali solio insidens, gubernaverat, praeter haec quae supra expressimus, paucissima admodum, tum quod praesertim meminit se primum in ea exceptum lapidibus, tum quod nihil aliud quam carissimum tibi suae Anastasiae templum et monumenta religionis cupiat, quod esse summum urbis amplissima deus pronuntiat: (a)

Ω Κωνσταντίου χριστὸν ἔδος μεγάδου,  
Οὐδοτέρῳ Πάρι, τόσσον ἀποφύρουσα πόλιν,  
Οὐράτιον χάρις οὐρανὸς ἀσπερίῳ, (b).

Haec plura usquam de Constantino poli.

Nec quidquam aliud de Constantino Caesare inveniat, nisi quod post mortem dives inopsque, Constantini aequilibet famulus sunt pares (c).

Versu de Barbaris omnino quatuor, neutquam memorandi (d).

(a) Hieronimus de Anastasia templo, p. 79, a.

(b) ad Constantino poli. epigrammā et ipsam urbem p. 81, b.

(c) De externi hominis vilitate, p. 89, c.

(d) De vit. s. carmen p. 16, c; 20, d; 30, b.

Plures de Theodosio effrago. Quamquam super animis clarissimi  
 et fortissimi principis virtutibus nihil; super victoriis adversus  
 Barbaros, obiter tantum, et statim:

Ἀνερωτος οὐ ναὸς πῆν, εἰς τιβὸν εἶδῶ,  
 Ὄσον κρατῆρας τὰς ἀαδοσουργίας φόβους,  
 καὶ τῆς ἐπιβλῆτος ἐπαρρησίας ἠετάρων (a),

Homo quidem non ualens, inquit, quantum ad fidem, et simplicibus  
 admirandus, nec superbiae voci subjungit aliud quam quod sanctiorem  
 ac leniorem se haereticis praebet, unde perstringit et pungit, non  
 autem uanifertus, ut a quo ipse honorifice est acceptus, sed ita  
 tamen ut, quem uirtute firma satis carere insinuat, eum, tanquam  
 prudentem, laudet ambigue (b). Negat uero quod se imperator, quum  
 in sanctissimo munere constitueret, obseruantes habuerit, hoc sibi  
 animis sustulisse, satis et apte et recte; narrat etiam quibus  
 uerbis ab illo, multis adstantibus, licentiam abeundi; postea  
 impetraverit; orationem illam in aliam huiusmodi disputationis  
 partem differimus, et sedulo repetemus. Nec usquam aliud  
 quidquam de Theodosio.

Palchrum Constantini quoddam responsuum alius memoratur (c).  
 Jam uero nullus alius tot praestantissimorum uirorum quotquot  
 circa haec tempora, diuersis nominibus, seu militaribus, seu politicis  
 imperiis incluserunt; nullus alius de multiplicibus perenni<sup>mentis</sup> que  
 bellis, nullus de uerbis supplicis, nullus de caedibus, nisi quod  
 gladiatorias (d) uehementissime execratur; nullus de perturba-  
 tione tanta, nec de tot disidiis, nisi quod attinet ad religionem,  
 cui Gregorius uice attendit, ut mox uidebitur.

Attamen celebrari quaedam ita poterant ut animi  
 permouerentur plena admirationis misericordia, egregia quidem  
 illis facinorae, nec amplificanda uel excusanda criminibus,

(a) De vit. s. carmen p. 20, d.  
 (b) Ibid. p. 21, a.  
 (c) Aduersus Iudaeos, p. 233, e, d.  
 (d) ad Sebastianum p. 191-192. — ad Nicobulum, p. 114, d.

quippe quae per ipsa per se satis grandia, sed, ut vere admiranda,  
 sic tractanda simplicitat, et omnino digna quae sublimis et  
 visidi poetae carminibus immortalitati traderentur. Quasi illos,  
 tam aris, tam deora Nisibis desensio, aut miserabilis tot  
 fortissimorum virorum ad Singarum casus, aut luctuosa et Musae  
 victoria, quos optimi milites, quinquaginta veteranorum milia,  
 ad Dravum interfecit, et tot praestantissimi duces occisi, dum  
 imperator Constantius, haud procul, in Ecclesia clausus, supers-  
 titioibus dederetur, egregias animas pro patria exhaverunt.

De quibus nihil in Gregorio.

Quid tamen significant quae saepe raptim e tentorium operum  
 summa emeremus? Quid enim, exempli causa, modestiam et leni-  
 tatem qua eis uas, postquam tibi creptam quinquaginta sedes,  
 Chiodio protegente, recepit, verbis amplificat (a)? Nonne tui non  
 invidos acius insectatur, sed apte distribuit atrocem hominum,  
 illius actat, saepius se vel suorum sanguine orientantium, furoribus.

Quid quod tam multa interserit de ira comprimenda (b) quam  
 mortem blandam appellat qua mors aegre roditur, ut ferrum  
 rubigine (c). Quid quod toties doceat ut Deus adverso immittat (d),  
 quantum conveniat lapsis succurre miserantes? (e) Sicut,  
 quum passim omnia quaterentur et affligerentur, impiis  
 deuit attonitas desperantium hominum mentes solari erigendo.  
 In tot infandis et teterrimis facinoribus quae illos aetas exaravit,  
 quibus autem ei obistere quis poterit? nihil una passim  
 demissius et expressius quisquam sit vociferatus, quam illam  
 continentem iram, Deumque suspicientem tentantiam:

Οὐτοι τὸ νῦν ὄψαν ἐν τῷ φέρει (f)

(a) De vit. s. carmen, p. 22, d.

(b) De silentio qua jejuni tempore coluit, p. 130, b. — adversus britan amici  
 partem, p. 196. — adversus iram, p. 229.

(c) ad Vitahannam, p. 127, c.

(d) Carmen prin. de reb. s. p. 41, b. — Arminio s. legit p. 77a. — De vita  
 itineribus, p. 91, b.

(e) ad Vitahannam p. 122, b.

(f) De vit. s. carmen, p. 26, c.

et addere expressis Mosis legibus quae homicidium vetant  
 haec verba: *ערוכה פו קומו* - scintillam quae motus aeternae  
 ignis accenditur. Ut commendari modestia, et, dante deus et  
 praesidium, deuscula laudari, et leniri mentes poterant. Quam  
 tunc oportuit recipere et arctius religare omnia concordiae et  
 amicitiae vincula, resovere dulcissimos eosdemque salutare et  
 omnino vitales humanitatis sensus, quibus amissis, nec civitas,  
 nec ullus unquam inter homines societas consistit! Inde quam  
 variae, quam exquisitae adhortationes in Gregorio, quae praecipue,  
 quot gratia et discreta consilia! Ut exsuscitet, ut intendit  
 teneris illos affectus quibus familiam comlectamur, et imprimis  
 illam parentum reverentiam, quae perente, perit et auctoritas  
 omnis, nulli principum honores, nulla praefationum, qualescumque  
 sint, observantia, jamque anarchia sequitur et omnium rerum  
 perturbatio (a). Quid etiam quod hinc semel se negat contra  
 deditum, et homines, nihil aliud quam opulas, foetus et omnia  
 vordica amantur insectatur? (b).

Quid quod, disturbato marisimii carminis tenore, filius Vitaliani,  
 sane durioris et severioris, sed castriim tamen et omni laude  
 ornatusimii, induit patrem celebrantes, quare? Quid non idem  
 animi timorem et superbiae stridit, sed et ventris, qui nequit  
 saturari, rabieus depressit? Nequit autem vir gravissimus,  
 non aetatis suae immemor, corruptos hominum mores,  
 quorum vel optum, jam perditis omnibus, laudari possunt,  
 quod non gulae indulgeant. Quid quod tam tristia, tam  
 amara ubique inspergit de avido rorum (c) et voluptatum,  
 vini et amoris tempore, eujus passim verissime depictae  
 insagines occurrant (d), quo nullum aliud unquam nec  
 mobilis (e) visum est, nec confusus, nemo enim ibi

---

(a) De vit. s. carum p. 6, a. - *Viobuti potus ad folium* p. 116.  
 (b) Carum prim. De reb. s. p. 32 a, d; - De amia. s. calamitate. l. p. 69, b.  
 (c) De subst. mente pradi. p. 170, a.  
 (d) De vit. s. carum. Saporum Descriptio p. 8, a. - *Com. prim.* p. 31, a.  
 (e) De vit. s. carum. p. 27, d.

iniquat, ubi plurimi impetrant (a); quo corrupto iudices (b); quo persequi est fere reatorum hominum plausus (c), quo doctrinae nullus, nullus honor virtuti (d), at contra quisque optatus malorum praeda est (e).

Quid iramendi versus de exactioribus? (f) Quid tanti ~~procuratorum~~ <sup>questus</sup> de rebus fluxis et incertis (g), nec jam interrupta malorum serie (h), at primum calamitates ~~substant~~ incubuerunt? Quid tot acute et argute dicta, plus minusve expressa, seu orientalium hominum ineptiam occidentalium superbiae opponat (i), seu tunc eos carpas quibus corporeum robur tollit animos (k), seu inanes aestum fastus rideat (l), seu invidet avaros (m), ambitiosos (n), insidiosos (o)?

Silicet haud erat periculum ne tantum huius virum aut tam subtilem lateret quo deberet potissimum amplissimum ingenii vires intendere, aut tam primum et tenerum bistamine illius aetatis infelicitas quicquam et inuisericordem experiretur. Quos contra verum largimus, et ut castissimum illud mentem, sublimius volantem, tangunt mortalia! Ut recursant animo velle de quibus silere consistit! Quam inde, non frigida, sed aptae temporibus, et qualibet occasione data, erumpentes sententiae! Huc autem illud est quod, priusquam singula illius, cognovimus theologi, opera esse queremus, in sanctissimo episcopo, in amantissimo recessus et solitudinis monacho, esse autem caetera

(a) De vit. s. carm. p. 28, a.  
(b) Carm. prim. p. 34, b.  
(c) ad Nicol. p. 11, a.  
(d) Ambic. ad Marim. p. 270, a.  
(e) De vit. s. carm. p. 13, b.  
(f) Carm. prim. p. 34, a.  
(g) De vit. s. carm. p. 17, b. - Carm. prim. p. 33, a; 39, c. - De univ. s. calamit. p. 67, b. ad Vitalian. p. 121, a, b. - Sentent. distich. versib. p. 146, d.  
(h) De vit. s. carm. p. 7, a. - Carm. prim. p. 42, b. - Schilhet, Nicolomim. V, 4.  
(i) De vit. s. carm. p. 28, d.  
(k) Conquerit. De s. calamitat. p. 73, d.  
(l) ad Nicol. p. 11, a. - adversus mulieres ambitios. s. adoru. p. 147.  
(m) Carm. prim. De reb. s. p. 32, c. - Comparat. vit. p. 220. - Adv. op. avarit. p. 237.  
(n) De vit. s. carm. p. 8, b; 29, d; 30, a.  
(o) Ibid. p. 6, b; 26, c. - Carm. prim. De reb. s. p. 31, d; 39, d. - In univ. d. p. 211, d.

perspectum volumus, neque et vivat, ut cogitet, ut sentiat, inque temporibus suis succurrat. Sed sublatis omnibus quae postea laudabuntur, hoc unum, opinamur, tam praesentia carmina singulariter commendat.

Got vero tantorumque malorum unum spes remedium, scilicet religio sola reddere **obi** universo poterat, quas jam pridem amiserat, pacem et virtutem. In hac occupatae gentes, et ex qua salus erat afflictis rebus ventura, huic uni mentes omnium attendebant.

Οὐδὲ γὰρ ὄντως ὀδοῦτος  
 Οὐδὲ ἔσθιος γῆν  
 Ὡς πρὸς παρὰ τὴν οἰκίαν  
 Ἐὖν Βορσίνου (a)

Quamquam haec tam sunt probata omnibus, ut fere supervacuum sit Gregorii testimonium adducere.

Nec minus interea laesa revellendus erat et funditus abolendus ridiculus et ~~vix~~ antiquorum numinum cultus: illi jam pridem totius, et ab ipsis cultoribus, habitus de ridiculo Diu, illae solitariae fabulae, quae interdum quasi paulisper evanescent, jam renata et reviviscere videbantur. Sed etiam, quum ad antiqua illa sarcina, Constantini Magni temporibus, nihil aliud fere restabat, tum solite sermone, quam philosophica, theologia, historica, declamationes, aut de Rhetorica aut de Grammatica opera, leuica, glossaria; tum versus, quam chronica didactica, geographica, cuius fabularum numerus, et tandem epigrammata, jam vero, Gregorii aetate, quasi, aut totum moreis, gentilium scriptorum chorus omnia armis advocat, quidquid perierat suscitavit iterum; resurgunt quicae et Lyrica carmina; alii mythologica, quum per se ipsa defendi non poterat, per continuas remum translationes interpretari coeperunt (b); alii autem novis carminibus exornant et amplificant. Sic, post Gregorium, Bonus, Bacchus, Proclus, Mercurius, Venereus, Heracles, Minervam celebrabit.

Opera pretium est ipsum audire Gregorium, tum quid de variis litterarum studiis raptim judicet (c), tum quid de

(a) De scripto stamb. xxiii, p. 243, c.  
 (b) ad Nemes. v. 130-179 p. 142-143.  
 (c) ad Nucleum patrum, v. 8-76 p. 113 a, b.

legendi propheticis scriptoribus monent (a), tum quam designanter  
omnia ista resquat, nec ad solam quae ab Orphi temporibus ad  
noam aetatem tanto tantorum poetarum numero placuerat,  
sed et scientias illas quibus superbiebat illa aetate (b) tum at  
gentilium stupiditatem acriter castiget (c), tum denique et  
sacras litteras commendet, quibus omnia postposita (d).

Itaque autem ista munera, quae ne pagani quidem jamdiu  
venerabantur, plurimi vel Christiani iustabantur peritate morum et  
luxuria. In martyrum basilicis sedebant convivia, et Christiani genio  
indulgebant (e). Praedones, per speciem orae martyrum recol-  
ligendi, sepulchra effodiebant et furabantur (f); episcopalia munera  
vi occupabantur. Et sane ridiculum erat ab indoctis erasioribusque  
hominibus augustam illam effatari veteri imperii majestatem;  
sed quanto ridiculus et indignus ambitiosos, invidiosos, praedones  
usurpare sacerdotium, et Claud Mercurio deditos et Ceneri, Christiani  
palam et Mariani praedicare!

Adde moribus perversis, controversiarum furor, et disputandi  
licentiam. Sic erat, adeo insaniebant animi, vel in ipso remedio  
malum, quod quum alias e multis intelligere est, tum potissimum  
ex omnibus Gregorii carminibus colligetur (g). Nec enim omnino  
imprudenter hoc opinari videatur, scilicet Occidentales, propterea  
quod de fide consentiant, idcirco summa sui comedia, quod,  
postquam veterem Romam novae cooperavit, invenit tante (h).  
Foran debuerit, vel non constantem Trium Personarum unitate,

(a) De vit. s. carm. p. 2, d. — ad Seleuc. v. 34 — 63 p. 190, 191.

(b) De silentio quod jejunii tempore colit v. 71 — 76 p. 129, ubi Herodum, Argonau-  
ticorum, Heracleidaeque auctores, et quibus placuit de natura rerum generaliter  
et nominatim de aëre aut de lapidibus opera conscribere, eos potissimum  
iuvat, Orpheum, Homerum, Hesiodum, Archilochem Saronum, Sthenochorum, Archeta-  
tum, Sanyasium Samium, Alcibiadem, Theophrastum, Herodotum Socraticum, Aratum,  
Manethonem, Callimachum Cyrenensem, Apollonium Rhodenum &c. — et  
epigramm. 25 edit. Par. t. II. p. 1174. +

(c) ad Nemesium p. 140, 141, c, d; 142; 145. — De virtute iambic. p. 207, c;  
217, c, d.

(d) De vit. s. carm. p. 2, 3. — Carm. prim. p. 33, a. — ad Nemesium p. 141, b. —  
ad Seleucum p. 192 — 194. — De virtute iambic. p. 207 a, et alios passim.  
Epistol. ad Amantio, 199, t. I, p. 896.

(e) Epigrammata quatuor, edit. Paris, t. II. p. 1176.

(f) In Martinianum epistola, in sepulchrorum effossione, epigrammata  
edit. Paris. t. II. p. 1122 — 26; — 1178 — 1202.

(g) De vit. s. carm. p. 19, d.

(h) Ibid. p. 9, d.

+ A. lapidissimam de philosophorum argutis satiram in oratione  
suaviter in laudem Caesaris, patris sui, t. I, p. 173. — Epistol. ad Lobio, 131,  
qua septem tantum superstitium ludivore pingit, t. I, p. 862.

constare non disruptam Orientis concordiam; profecto ita non  
constitit ut, per quam hominum societas ad altissimum conjunctior  
et firmior quiesceret, per eandem primum, profecto omni sceleris,  
sacerentis, insanis omni memoria gentes incanderent.

Audiamus lausantabilem illam et mirum congruentem  
temporibus vocem eulaurantis:

Κεκυρη ταυτα, κα εα κηδα, εω χρονω

Κεκυρη..... (a)

Perculum a profanis hominibus, et sola Christianis, et Scripturae  
sacrae studentibus, periculum! Quid faceret?

### Caput secundum.

Quibus consiliis, multum haesitans et cunctabundus, D. Gregorius  
ad scribendos versus se confirmaverit.

..... οἱ ποιοι εἰν λογωι ἱρω δ' ἑρωι..... (b)

Λογωι δουαριτα ερωτω βλοσ μονω (c).

voisforabatur quidam inter veteres. Antiquae illi voci, orbem  
universum, undique disputationibus atrociter perturbatum,

(a) De vit. s. caru. p. 1, 6.

(b) Ibid. p. 7, a.

(c) Poët. quoniam. edit. Boisson. Γραμ. ποροτικη εις λογων, p. 221. - cf.  
Sophocl. Philoct. v. 99.

accusans, respondet Gregorius:

Σὸς λόγος, ἔργον ἔγχεο... (a)

Λόγῳ παλαίε πᾶς λόγος, βίῳ δὲ τῷ; (b).

Quo vero ille vir tantae facundiae, animorum tantorum, quasi obstipet, et haesitat: excelsus ille et orator et poeta, quem doctissimae Athonae, ornatissimum alumnorum suorum, carissimo studio erant amplectae, et citius avulsimum sibi, jamque procul a litterae suo discedentem, prosecutae cum lacrymis; ingens ille episcopus, cujus ab ore, dum aut impugnabat haereticas, aut, aegrum adhuc peccator, Christianos consolabatur, magna illo Constantino polis, commota tota pendebat; et ipsi haereticis, quod scripsit (c), delectabantur; idem ille tenuis meditatur, an solis moribus, an sanctitate, an castitate vitae orbem docere et emendare praestet, et de solitudine ac silentio cogitat (d). Haec quisquam enumerare queat quoties in eandem illam sententiam incidat. Qui non vidit, observemus et pio cultu veneremus in tanto ingenio, tanta ubertate, in admiranda illa aestuantis animi sublimitate, pii silentii et solitudinis amore. Non vidit quidem, sed vidit inque sub pectore, et omnibus operibus ejus clucet, splendorum virtutis, omni poetico lumine magnificentiorum, ubique diffundens. (e).

Secundum illud est quod vellemus, prout et tantus vir meretur, et afficimus nos, satis dignum in modum praedicare.

(a) Sentent. distich. v. 23. p. 146, d.

(b) Tetrastich. 3. p. 116, b.

(c) De vit. s. carum. p. 18, d.

(d) Ibid. p. 26, d; 31, a.

(e) Non utile, eloquium. — De vit. s. carum. p. 6, b; 7, a; 14, a. — De anim. s. calavit. p. 68, b. — ad seips. per interrog. et respons. p. 77, c. — De divers. vit. generib. p. 81. — Injurandum Gregor. p. 92, d. — Sese cohortat. ut ad Deum ment. converti. p. 94, b. — ad Helien. pro monacho. p. 106, a. — ad Diabol. in morib. p. 139 a. — ad Venet. p. 141, a; 144, b; 146, d. — quibus in praesentia tota ubique in propria de silentio aut adversus linguam.

Dulce et loquium. — Carum. lugubre pro s. anim. p. 96, c. — ad Nicobul. patrem. p. 114. — Nicobul. patris ad filium. p. 116, d; 117, d; 118, d; 119, c, d; — ad Nicobul. p. 124, b.

aut saxo) pirantia. Frustra autem cumulat temporales et sta-  
 pantes; vidit, infrenit, excaecat(a). Ergo se potius cunctis, nec  
 linguam solum, sed oculos, sed diducta sapientis rivo labia, sed se  
 denique totum coarct atque comprimit. Hiorescit ne sit scan-  
 dalum aliis, si male loquatur, sibi, si concinniore sermone  
 gloriatur, et, quod est vere magnam, divinam illam eloquendi facultatem,  
 quae et ipsa quoque vis sacerdotum, ne profanet indignus,  
 secretis.

Quam deorant illam cumulationem! Quam non movet haec  
 magnitudo animi, quae nihil ad ostentationem, omnia ad  
 conscientiam refert; illa tanta veri, unum ad Deum intenti,  
 religio, tanta sermonis reverentia, tanta sollicitudo, imo tot  
 animi purioris, et in quo, si noster haec animus fuerit, nos acquies-  
 ceremus, morsus atque angores.

Et quis, praeterquam quod ipse Gregorius de carminum laboratorum  
 in curiorum est professor, jam non inde conficiat quanta accessio  
 sequatur in scriptis negligentia? Vultum non desudat eis illi  
 collatis opere squallor; ad hoc, quanta castis animi postae animo  
 occurrant quae animum impediunt, et, quum minus succurrit,  
 scriptores habenas ingenio permittant, in religioso episcopo,  
 sublimiore natura volatum morentur! Quod non proferimus  
 nos in excusationem, vel attenuationem eorum quibus quilibet  
 judex rectus ac sincerus, in amplissimo carminum volumine,  
 offendatur, nullo modo tamen esse negligendum sustinemus.

Ergo temperas, mores hominum, et se ipsum abominatur,  
 uni Deo se totum gestit addicere, desertum petit; verumtamen  
 sehit in se Deum, nec ignorat quid sibi velit ille Deus quum  
 humano generi donat sacerdotum et poetam.

Sive theologica et moralia carmina; illa quidem haec ita  
 multa, visida profecto, et elegantia, sed ita demum parca  
 et infrequentia et repugnantis videantur composita, quam

---

(a) ad Hellen. pro monachis, v. 72, p. 107, a.

Eloquantiā, possim nemo contemptus deperit, simulque est  
 completus aurantius. Ille pius et securus, tenet et iracundus, sane-  
 tissimus quidem, homo taurus, num sublimior et iunior  
 angelorum choris, num demissior, et, fateri piget, dicendum est tamen,  
 se quidem eos qui sibi insidant canes appellat, rabida cane interdu-  
 ipse mordacior (a); ille adeo natura constitutus ut quidquid  
 oratores et potes facit ferreat sub pectore, et quaecumque extrinsecus  
 ingenium accendant, populorum studia, concursus, admiratio-  
 nem, omnia sit adeptus, ille temp<sup>er</sup> carnisum, orationum fons,  
 ille qui versus suos amant<sup>er</sup> vocat dolorum suorum solatium (b);  
 aut leonis rugitus quos improbi trement (c); qui hominum  
 plausus, qui gloriam diligit, et tam dulci memoria uadique  
 collectis, sitientium sermones suos, hominum consentia recordatus (d);  
 qui, cum gentiliū scriptorum orationes pueriles ludos appellat,  
 tam seroiter extollit mas, tam iusta superbia (e); ille qui non  
 aetati suae tantum sed et orbi universo et saeculis omnibus se  
 scribere patat (f); idem ille tamen ubique sistit, incertus utrum loqui  
 an sibi debeat (g). Fuit hoc D. Gregorius non minus decenter  
 quam frequenter, si quidem Plinius uisum apte scripsit: Nobis  
 quo pacto magis in studiis homines tenent quam fiducia de se (h).  
 Quae uideant animum, in quibus tates est, ea deicit et  
 respuit; odit sermones, odit hominum laudes, et se ipsum  
 exorat, sibi conscius temp<sup>er</sup> tumultuantium, nunquam  
 adouitorum animorum. Nec uenel hunc audiat insidan-  
 tem angelis, insidentem monachis illis constantissimis, et  
 usque in prece deflexis, et non a carne tentum, sed a risu  
 temperantibus, aeternumque, nisi quod hymnis profundant,  
 silentibus, quos lyras vocat pulsatas afflatu Dei (i),

(a) De vit. s. caru. p. 12, 13, 14, 16. — Saub. et Moria. p. 249, d.  
 (b) De vit. s. caru. p. 1, a.  
 (c) Conquirit. de s. calauitat. p. 73, d.  
 (d) Resonantem de Amator. templo, p. 78.  
 (e) De vit. s. caru. p. 20, b.  
 (f) Ibid. p. 1, c.  
 (g) De vit. s. caru. p. 2, d; — 7, a; — 14, a.  
 (h) Plin. Inuicor. opist. v. 17.  
 (i) De anim. s. calauitat. p. 70, c.

accuratius; haec rursus accerrima, et vere animosa, et egregia alacritate, toto quo ferventissimi viri pectore profluentes, de astrologia, de iuro, de luxu, de avaritia, quae vel vanes laevis et squalidus praedat, de perjurio, de impudicitate multiplex, immensi, tum vero praesentium de episcopis, omni vitiorum tabe squalentibus, in venerando illo et angusto sacerdote.

Quae omnia antequam ordine suo singulis inspiciamus, tantum portam audiamus se ipsam interrogantem quale suum munus esse deceat, ne, nisi in salutem suam consulens, humanum genus, nefas! obliviscatur. Quam simplicem simul et claram, quam prudentiam meditata de optimo vitae instituto! (a) Ut apte praestitit eligi quae carminum materiam! Quibus conferantur quae tam recte et temperate scribat de hac quaestione ultra proferenda sit actio an theoria, sublimia illa quidem, operamur, et suo eo loco repetimus. Denique audiamus errantem quibus consiliis se ad componendos versus confirmaverit (b).

Hic autem, utri usque ad quatuor rationes distincte satis offerat cui carmina condiderit, ne fides laedere illi adhibeat. Sed enim non hoc specimen est quod summa operum compendiose sed ex parte tota ostentat; nulla alia vis eorum versuum quorum quod petenti ingenio bene respondent. Nec in illis tam lectori quid certum et constitutum sibi habuerit praesentiat, quam, male sui cognos, nec caeteroquin futurum illud tot versuum partem prospiciat, iactationes animorum declarat, et secum pugnantia gestit componere. Credas primum, quomodo indignante, sibi temperare multa reliet; mox accenditur magis, irascitur aperte; incipit acriter, sordide desinit. Audiamus lauson.

Sed enim, quomodo plerumque cerneret hac aetate plurimum tempus labori inutili impendentes, et opera insummas diffundentes, quas quidem veras iugas, arenas aequoris, aegyptias muscas, appellat, statuit afflatis divinitus litteras unice amplecti (c).

(a) De vit. s. carm. p. f, c, d. - cf. Euvip. Morali. d. v. 1-6.  
 (b) In s. versus senarii, p. 248.  
 (c) v. 1-9.

243  
Quae sint opera illa innumera, aegyptiacae istae muscae  
haud obscure significant.

Satis et hic non eximia carissimum usque tibi Athanasium  
studia distingit, quod quandoque fuit, dulci tamen desiderio;  
sed Alexandriam laerat quam nunquam amavit (a), nempe  
illam non medicorum tantummodo et mathematicorum scholam,  
sed et infandum philosophorum armamentarium, eundem mystica  
abominabili Aegypti sophismata, velut inferosina tela in Christum  
gaudebantur. Et quae sequuntur satis probant D. Gregorium his  
versibus ad haereticos praesertim altiusse.

Quod et opera pretium est hic epistolam primam ad Cleodonium  
conferre: « Quod si prolixi libri et nova psalteria, Davidique  
« adversaria, et carminum copias, pro tertio quodam testamento  
« habentur, nos quoque psalmos condamus, et multa conscribamus,  
« ac versibus complectemur: quandoquidem ipsi quoque spiritum  
« Dei habere nos existimamus: si tamen spiritus gratia haec  
« est, ac non potius humana oratio. Haec te per vulgum spargere  
« volumus, ne pondus habeamus tanquam huiusmodi unquam  
« dissimulantes, ac per scordiam nostram committentes, ut  
« primum dogma latius serpat, ac robur capiat » (b). Nam ad  
Cleodonium epistolam, seu adversus Apollinarium orationem, anno  
382, quo et illud jam laudatum de silentio, et hoc in nos versus,  
quod inspicimus, carmen, D. Gregorius conscribat.

Ergo verisimile est Gregorium tante hisce versibus Apollinarium  
innuere, sed clementer; serpentes humi cogitationes reppit, qui certa  
petit, et in tantis dissidiis quomodo scriptura ipsa caput est, non  
suam partem disputationum gestit offerre. Non controversia sitit,  
quand quidem professione in theologo illo non negligendum opinamur (c).  
Nequis tamen aduertat si Gregorius verbo illi salutare, cui adversus  
Apollinarium, orbem universum deservire tanto studio, tam  
ardenter quandoque conatus, ut videretur interdum pacem

(a) quam fuisse Dionem Alexandrinum nominat vid. De vit. s. carm. p. 3, a.

(b) vid. f. ad Cleod. epistol. seu Orat. II, l. 3, p. 74f.

(c) In s. vers. senarii, p. 248, v. 11-22.

belliosior persequi. Quod in quibusdam carminibus theologicis  
 apparet. Hoc autem carmine, iram temperat: sed quoniam  
 qui Christum impugnant, isti longis operibus insudant, ipse  
 rursus aliquid laboris sui dabit versibus (a), triginta millibus  
 tantummodo, ut peccatum suum liget. Quis spectanti aut  
 tanto versuum numero quos facit non excedamus, nec qua-  
 tentus illi conveniat. Senecae praeceptum: vitia otii negotio  
 discutienda sunt (b); sed paruum fidei bonae est quum adjicit:  
 ut, si scriberem, non scriberem multa, laborans carmen (c).  
 Unde omni vel levissima laboris nota intus ingomnis et cupiditis-  
 simum animi impetum, et uberosam venam sapientibus  
 eructat ~~versibus~~? Quid autem quod ipse adjicit? Juvenibus scripsit, quos versus  
 delectant, dulcia animorum remedia. Prosum omnia ista  
 nihil aliud quam ludus sunt, sic ludit et laborat, ludum vero  
 istum cum veterum scriptis <sup>conferre</sup> non dubitat (d). Anniadvertamus  
 superbiendum modestam. Quis quisquam pudeat carmina  
 accurate componere, tum velit ab Homero superari. Ne quis  
 tamen iranos factus nominet et ferociam illam quae sic  
 intus se accendit: nobis Christianis graecarum litterarum  
 studia tu, Juliano, insidisti; eruditiones istas tuas, a quibus nos  
 abegisti, et hausimus et aspersimus; forsam attica satis  
 eloqui videamus; profecto vero loquendum; si negatus lenis iunior  
 et elegantia, at robur verborum largietur Deus (e). Donique  
 aegritudine tua huc solatium quaeris, non lugubrem cantum,  
 sed agrorum editum. Quam tristes tamen, quam miserabiles  
 lamentationes audiat! quod superest, qui suos illos versus,  
 qui nihil aliud quam ludus sunt, delectaret, cum praeverbit,  
 et pungit acriter (f).

Porro quae vera est illius iracundiae causa? Puer

(a) In s. verb. senarii, v. 24.

(b) Senec. epist. LVII.

(c) In s. verb. senarii, v. 36.

(d) Cf. de vit. s. carm. p. 2, d.

(e) Adversus Julian. imperator. pr. insectus. T. I. p. 119.

(f) In nos verb. senarii, v. 68. — Cf. Horat. epist. I, v. 6.

remordet conscientia, nec scrupulum ~~et~~ animo exellit poetice  
 imitatio. Sedulo notemus supra transcriptam illam vocem:  
 « si tamen spiritus gratia haec est, ac non potius humana novatio,  
 video usque eum meo inesse religio! Et, si quis versus ipsi  
 objurgat, irascitur, ut mos hominum est, quia non est ipse  
 sibi optime conscius.

Expressis alio carmine et gravis quasi programma illud quod  
 quaerimus D. Gregorius descripsit, quum oblitus officii sui quum  
 episcopos castigat, et schemata admonet quae documenta dare  
 illos deceat: « Dicit nos ut vobis, unde doceas quae mea sit  
 Trinitas. Quo pacto Deus univus, ac versum distinguitur; quippe  
 « qui unus sit, unaque natura, Trinitas et Unitas, quae natura  
 « sit angelorum, <sup>mundi</sup>que duplicis, quae justae providentiae ratio,  
 « tametsi multa non justa nec aequa plerisque videntur evincere,  
 « quae itam sit animi corporisque ratio, quae legum, prima  
 « et secunda quae: quid opus incarnationis, qui omnes intelligit res  
 « plurimum superat, et quid inaequum naturarum in unam  
 « gloriam mistio. Mortis ad resurrectionem, rursusque caelum: quae  
 « resurrectionis, et iudicii ratio. quae futura sit futurum, quae penitentium  
 « vita. qui flamma sint omnia delictis mihi, et ubi tandem instituta  
 « sint (a) ».

Qui praecipuum dedit ille et encephalofuit. Et habemus sanctissimi  
 poetae carminum summam, quem nobis ipse tradidit. Et ut  
 quum scribendi formam arripuerit praesentiamus, sufficent quae  
 nos ex eodem carmine transcribimus:

« Noli mihi Venti ac Syrpho tricar nectere. Valeat  
 « Chryippus; procul sit Stagyrensis; nec Platonis dilijas faundiam.  
 « Projice eorum ornamenta quorum doctrinam aversaris. Vixit  
 « citat philosophare; nobis placebis, etiamsi impolito sermone utaris (b) ».

Conferatur etiam his versibus ad Celsurum praesidem epistola (c),  
 paulo acior illa quidem, sed fortius tamen et voce liquida, quae quae

(a) De scriptis et de episcopis, v. grecos usus edit. Paris. p. 774, v. 309, 322.  
 Latin redditor, edit. Colon. p. 304, b.

(b) Ibid. v. 303-308. — A. epigramm. 27, edit. Paris. p. 1174.

(c) Epistol. I. E. I., edit. Colon. p. 767.

ipsi obprobabant, silentium et rusticitatem adversus bellum et urbanum  
viciis deprecant. Nota est universissima illa cyrenorum et libyensis  
fabula. Hierandines autem paganos, cyreni Christianos significant,  
priores carmina temere in publicum proferunt, posteriores solita-  
dinem amplectuntur. « Ut causa nostra, quod cyreni respondent, in  
« solitudine quoque quispiam libens se contulerit, ut musicam  
« audiat, cum gophyo pennas nostras inflandas permittamus, ut  
« suave quiddam et concinnum inspicit ». Et nos ingrediendum suavis-  
simam illam cyreni najianzeni solitudinem, quamvis non omnino  
modum in canendo teneat, et saepius tumultuatur.

Aliis, jam laudato illo de silentio quod jejunii tempore colit  
carminis, divino instinctu insultans, vociferatur D. Gregorius :

Ὁρῶν ἐπὶ τῷ βῆθι, καὶ ἐκπύροντες παλιέβου

Ἰπποδ' ἄνακτι φέρω τῷ πᾶσι ἰσοτροπῆ(a).

Audiamus lyrae illius vocem non frigidam nec parum dignam quam  
auribus arreptis bibamus : satis probabunt quae sequentur : jam vero  
optandum quiddam nos vicinus assecuti, si, quod ad hucus capitū  
calcem in summa dicendum est, clarius pateat : non de  
statione sua decipit poeta et sacerdos, doctor et castigatō.

(a) De silentio quod . . . v. 69-70 p. 129, b.

The first part of the paper is devoted to a  
 general statement of the facts of the case.  
 It is then divided into two parts, the first  
 of which is devoted to a description of the  
 facts, and the second to a discussion of the  
 law. The facts are stated in a clear and  
 concise manner, and the law is discussed in  
 a thorough and exhaustive manner. The  
 paper is well written and is a valuable  
 contribution to the literature of the law.

The second part of the paper is devoted to  
 a discussion of the law. It is divided into  
 two parts, the first of which is devoted to  
 a discussion of the general principles of the  
 law, and the second to a discussion of the  
 specific facts of the case. The law is  
 discussed in a thorough and exhaustive  
 manner, and the specific facts of the case  
 are discussed in a clear and concise manner.

The third part of the paper is devoted to  
 a discussion of the specific facts of the case.  
 It is divided into two parts, the first of  
 which is devoted to a discussion of the facts  
 of the case, and the second to a discussion  
